



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 37. Mors Maphæ Gerardi Cardinalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV. præter hos ei erant plures alii filii,
A.C. 1492 filias autem habuit Hedwigem Georgio Bavariæ Duci, Sophiam Friderico Brandenburgensi Marchioni, & Barbaram Georgio Saxoniæ Duci nuptas, ac denique etiam Joannam & Margaritam. Fertur, Casimirum toto vitæ tempore abstemium fuisse, & nequidem cœrevisiæ, aliorumque ejusmodi potuum odorem ferre potuisse. Sepultus est Cracoviæ solemni pompa, cui de consensu Wladislai Hungariæ & Bohemiæ Regis filii natu maxiimi in regno Poloniæ sufficitus est Joannes Albertus filius secundo genitus.

§. XXXVII.

Mors Maphæi Gerardi Cardinalis.

*Aubery hist.
Cardin.
Raynal hoc
anno n. 32.*

Eodem anno sacrum Cardinalium Collegium planxit Maphæum Gerardum, Venetorum Patriarcham ex illustri ejusdem urbis familia ortum. Hic in ipso adolescentiæ flore spretis sœculi vanitatibus Camaldulense institutum professus est sub Paulo Venerio, qui Murani in Divi Michaelis cœnobio Abbas erat, eo defuncto Gerardus communis Suffragio Ordinis gubernacula suscepit. Anno salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto Venetiarum Patriarcha renunciatus, tandem anno Christi octo-

gesi-

gesimo nono supra millesimum quadrin-
gentesimum ab Innocentio VIII. inter
Cardinales cooptatus est, atque electio-
ni Alexandri Papæ interfuit, quamvis
gravi senio, & adversa valetudine pre-
meretur: Roma vero Venetas redux die
decima quarta Septembris Interamnæ
mortalitatem exuit. Hujus vitæ Histo-
riam Petrus Delphinus instantे Conta-
rino Maphæi Successore descriptam no-
bis reliquit.

Sæcul. XV.

A. C. 1492.

§. XXXVIII.

*Extrema quorumdam Scriptorum
Ecclesiasticorum fata.*

Anno præcedenti Petrus Schottus na-
tione Germanus, Argentinensis Ec- *Dupin Bibl.*
clesiae ad D. Petrum Canonicus, post- *Auct. tom.*
quam ingentem nominis famam sibi con- *12. in 4. Sæc.*
ciliaverat, in medio gloriæ suæ cursu *cult. XV.*
in patria sua fatis functus est, anno æta-
tis iuæ trigesimo primo. Hic Parisiis,
ac Bononiæ studiorum curriculum emen-
sus, cunctis carus, atque ab eruditis un-
dique expetitus fuit. Posteritati reli-
quit elegiacis versibus descriptas SS. Jo-
annis Baptistæ, & Evangelistæ, nec
non D. Joannis Chysostomi vitas, elo-
gium Joannis Gersonii itidem ligato ser-
mone elaboratum, necnon quasdam epi-
stolas, & questiones varias de rebus ad

Li 3.

Con-